hodierna confectae manibus propriis communique regnicolarum subscriptae vadioque quingentorum florenorum pecuniae polonicae firmatae in omnibus et singulis eiusdem intercisae conditionibus punctis clausulis articulis ligamentis et nexibus universis tam in parte quam in toto firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter observare eidemque intercisae et omnibus illius contentis toties quoties opus fuerit satisfacere praefatam intercisam ad inscriptionem praesentem et inscriptionem praesentem ad praedictam intercisam vicissim in toto referendo. Idque sub vadio quingentorum florenorum pecuniae polonicae per unam partem vel eius successores parti alteri ac eius posteris ob non completionem promissorum omnium et singulorum toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbentis. Caeterum praenominatae partes recognoscentes se et suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniariis habitis et habendis mutuo et invicem una pars alteri parti ac posteris inscribunt et obligant praesentibusque inscriptionem praesentem ex his Actis Castrensibus autentice depromptam ad Acta Terrestria Premisliensia ante decursum unius anni sive coniunctim sive divisim transferre et transportare sub simili et speciali vadio aliorum quingentorum florenorum pecuniae polonicae per unam partem vel eius successores parti alteri ac eius posteris ob non transportationem inscriptionis praesentis pro tempore et loco supraexpressis ad solvendum succumbentis. Pro quibus quidem vadio vel vadiis modo promisso ad solvendum succubitis ac re aliqua praemissorum non completa complendisque promissis citatae existentibus parte vel eius successoribus ad instantiam alterius partis aut eius posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense

extunc

extunc recessu supra scripto quoad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere [illegible] vadia praefacta luere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac successores suos ad idem omnia obligat eundem terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes eiusdem causae terminos semper peremptorios vera infirmitate pro natione minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad [illegible] aliisque quibusvis dillationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quotationem ultra proximos terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dillationem sibi non recipientes nullasque motiones appellationes earumque prosequutiones faciendo promissaque omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris praescriptione terrestri bello convocatione et aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugientes hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Siecinski Siecinskie obligat

Ex Cod.

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Stephanus Siecinski olim Generosi Petri Siecinski filius sanus mente et corpore existens a terrestris districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedens praesenti vero iurisdictioni Castrensi Premisliensi se cum bonis successoribusque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporans atque subiiciens palam libere publiceque recognovit. Quia ipse bona sua haereditaria vero tota sed integras sortes suas in se post olim praefatum parentem suum iure divino et naturali successione inter alios fratres devoluta in villa Balice districtus praesentis consistentem cum omni praemissorum iure dominio

et proprietate cum omnibus et singulis bonorum praefatorum utilitatibus
fructibus proventibus redditibus emolumentis agris pratis campis syl-
vis pascuis stagnis lacubus dationibus attinentiisque et pertinentiis gene-
raliter universis nihil ex praemissis omnibus iuris dominii proprietatis
tituli praetextus ac cuiusvis competentiae et praerogativae pro se suisque
successoribus aut alio quopiam reservando seu excipiendo verum
ita late longe circumferentialiterque prout praefatorum bonorum heredi-
tas se in suis metis limitibus ab antiquo extendit et protenditur
et prout eadem ipsemet regnicola tenuit habuit et possidebat ipsumque
concernebant ac eidem serviebant. Iam ex nunc et de facto generoso
Petro Siecinski fratri suo germano eiusque posteris in summa
mille ducentorum triginta unius florenorum pecuniae polonicalis monetae
et numeri in Regno currentis quemlibet florenum grossis triginta polonicalibus
computando certi veri iusti et liquidi debiti mutuatique apud eun-
dem generosum Petrum Siecinski pecuniae hinc ab alter praesenti
ad festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli in Anno Mille-
simo sexcentesimo trigesimo proxime venturo incidens in defe-
ctum vero praetunc exemptionis et summae suprascriptae totalis et inte-
grae persolutionis usque ad aliud simile festum Conversionis Sancti
Pauli Apostoli post biennium proxime (tunc venturum) tunc venturum
incidens et sic consequenter de biennio ad biennium bienniis
sese consequentibus usque ad exemptionem eorundem bonorum et summae prae-
fatae mille ducentorum triginta unius florenorum pecuniae polonicalis
integram et indivisam persolutionem inscripsit obligavit et inva-
diavit prout praesentibus inscribit obligat et invadiat sunt praesentibus
in scribit

inscribit) etiam ex nunc idem recognoscens generosus Stephanus Siecin-
ski praefato generoso Petro Siecinski fratri suo germano ipsiusque
posteris et successoribus legitimis in eadem bona praesentibus obligata
dat et admittit realem intromissionem et actualem pacificamque
possessionem per Ministerialem Regni generalem quemvis et nobiles duos
die quacunque voluerint officiose accipiendam et per ipsum obligatorium suum
et illius posteros bona eadem obligata tenendi habendi possidendi
illisque pacifice et quiete utifruendi et ad usus suos suorumque succes-
sorum beneplacitos quovis modo ac titulo obligatorio libere conver-
tendi. Debetque et tenebitur supradictus regnicola prout se ac suos suc-
cessores inscribit super bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniariis
habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus eundem obligatorium
suum et ipsius posteros in eisdem bonis obligatoriis et ratione eorundem
ab omni et quavis impetitione iuridica quarumcunque personarum
cuiuscunque conditionis status et sexus existentium in omni Iudicio et officio
Regni toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere inter-
cedere et liberare indemnemque cum posteris ipsius reddere usque ad e-
xemptionem bonorum eorundem et summae praefatae integram et indi-
visam persolutionem. Nec non bona eadem praesentibus per se regnicolam obli-
gata ab omnibus in genere iuribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus
in eisdem bonis factis et faciendis tum etiam a quibusvis citationibus
in eadem bona praesentibus obligata importatis et importandis lucris
denique et placitis processibusque iuribus quibusvis in quocunque puncto
et gradu iuris dependentibus in eisdem bonis obtentis et obtinendis et in quo-
vis Iudicio et officio Regni productis et producendis emundare et liberare

mundaque et libera semper facere ac etiam intromissionem praefatam coram offi-
cio praesenti admissam in fundo bonorum eorundem dum per Ministerialem et Nobiles
offose requiretz non denegare imo tenebitur eam effectuati dare et admit-
tere dataque et admissa eadem possessionem et usufructu praemissorum
quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas
personas non praepedire nec adimere ipsumque Gnosum Petrum Siecinski eiusque
successores in eisdem bonis tam in toto quam in parte non iniuriari item
eadem bona praesentibus obligata idem Generosus Petrus Siecinski eius-
que posteris pacifice praesentibus sub inscriptionibus obligationis vigore te-
nere et possidere queat. Idque sub vadio similis summa Mille ducen-
torum triginta unius florenorum polonicalium per eundem regnantem Gnosum
Stephanum Siecinski aut eius successores ob non completionem prae-
missorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quo-
ties quoties fuerint ad solvendum succumbens. Caeterum idem memoratus
recognoscens Gnosus Stephanus Siecinski Gnoso Petro Siecin-
ski eiusque posteris rumationem et rem ipso evictionem per sex septima-
nas cum obedientia Cmethonum et incolarum in eisdem bonis degentium
ac usufructu bonorum eorundem concedit quam rumationem et rem debo-
nis praefatis evictionem et usum fructum bonorum eiusdem regnans se et suos
successores in et super bonis suis generaliter omnibus et summis pecuniarum
habitis et habendis praenominato Gnoso Petro Siecinski et ipsius posteris
nec per se nec per suas quasvis submissas et subordinatas personas non
praepedire nec adimere inscribit praesentibus sub alio simili et speciali va-
dio mille ducentorum triginta unius florenorum polonicalium per eundem recognoscentem
aut eius successores praefato Gnoso Petro Siecinski aut eius posteris

ob praepeditionem

ob praepeditionem aut ademptionem Rumationis praefatae ad solvendum succu-
bendo. Insuper praenominatus regnans Gnosus Stephanus Siecinski
dat et concedit eidem Gnoso Petro Siecinski obligationis suo eiusque po-
steris plenariam facultatem et omnimodam potestatem inscriptionem praesen-
tem obligationem ex his Actis Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus autentice
depromptam ad Acta Terrestria Premisliensia quandocunque voluerit trans-
ferendi et transportandi quae transportata tanti valebit acsi per ipsum
recognoscentem transportaretur. Pro quibus quidem vadio vel vadiis
modo praemisso ad solvendum succumbendo ac pro re aliqua principali
ex praemissis non completa Citatus ex nunc praenominatus regnans Gene-
rosus Stephanus Siecinski Aut eius successores Ad instantiam
praedicti Gnosi Petri Siecinski aut eius posterorum Ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense Eventum
recessu suprascripto quoad respondendum spectat mediante semper in
primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere
in dicta vadia praecacta luere inscriptioni huic satisfacere ac omne iu-
dicatum pati debebit ac tenebitur. Regnans ac suos successores ad eadem
omnia obligat eundem terminum primum peremptorium terminum et alios
omnes consequentes eiusdem causae terminos semper peremptorios vera in-
firmitate per maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra
Regnum servitio militari admunimenta ad Curiam vel aliis quibusvis
dilationibus et legalibus impedimentis non differendo adiunctionem ultrajeci-
nos terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiens
nullasque monitiones appellationes earumque prosequutiones faciendo praemissaque omnia
poenis simplicibus vel duplicatis cum notionibus suspensis fatalibus iuris praescriptione ter-
restribus bello Conventionesque et aliis quibusvis iuris remediis et defensionibus non subter-
fugiens hac sua praesenti inscriptione ad praemissa mediante